cuadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali reco-
gnitione ad praemissa omnia mediante

Grochowski Włodkowi Obligat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus
Generosus Albertus a Grochowce Grochowski sanus mente et corpore existens
a Terris districtibus Iudiciis suis iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum
praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et
plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum reco-
gnovit Quia ipse bona sua propria et haereditaria videlicet certas sortes in
villa Wesoła Terrae et districtu Sanocensi consistentes tum subditos Sikora Kolu-
dnik et Zupa dictos cmetones possessionatos atque hortulanos [illegible]
vocitatos ibidem existentes cum omni praemissorum iure dominio et proprietate
omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus
emolumentis commodis obventionibus subditorum laboribus censibus dationibus
tectuum manibus obsequiis et officiis attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis
Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et prae-
rogativae pro se successoribusque suis aut cuipiam alio reservando seu exci-
piendo sicuti eadem bona ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat
ipsumque concernebant ac eidem serviebant iam ex nunc et de facto Generosae
Helenae de Komarniki olim Generosi Lucae Wysocianski filiae Consorti vero
Generosi Nicolai Włodek legitimae eiusque potius in summa mille quadrin-
gentorum florenorum polonicalium hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis
Sancti Pauli Apostoli proxime in anno millesimo sexcentesimo quinqua-
gesimo Octavo post triennium venturum et in defectu statim bonorum prae-
dictorum exemptionis summaeque praefatae totius et indivisae persolutionis ex-
tunc ad aliud simile festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per trie-
nnium proxime tunc venturum cedens et sic consequenter de triennio ad

biennium festi ad festum biennus et festis sese continue et immediate
912 sequentibus usque ad exemptionem bonorum praefatorum summaeque suprascriptae totalis
et integrae realem persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout obli
gat inscribit et invadiat. In quae quidem bona supra scripta seu sortes praefa
tas per se recognoscens obligata idem Generosus Grochowski praefatae Generosae
Helenae Generosi Wlodek Consorti obligatariae suae et eius posteris iam ex
nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et
actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemvis competentem et
Nobiles duos eius quemvis volunt officiose acceptandos per ipsam Generosam Wlodki
owa et illius posteros hoc eadem bona praemissaque omnia praesentibus obligata cum univer
sis commoditatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete
et pacifice perfruendi ac ad usus suos suorumque successorum quosvis bene pla
citos libere et effectualiter convertendi modo ac iure obligatorio Debetque et
tenebitur memoratus recognoscens Generosus Grochowski qui se ac suos successores in et
super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis prae
fatae Generosae Wlodkowa obligatariae suae et illius posteris inscribit et obligat
praesentibus ipsam et eius successores in dictis bonis praemissisque omnibus praesentibus obligatis
et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumvis
personarum cuiusvis conditionis status et sexus cuiusvis existentium eximere
In omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri de
fendere evincere intercedere et eliberare indemnemque cum posteris reddere Necnon
tota eadem bona praemissaque omnia per praesentes obligata ab omnibus in
genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona praesentibus obli
gata in portatis et importandis litis clemque et perlucis processibusque iuris quibusvis
in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis iudicio et officio Regni
obtentis et obtinendis ac suspensis omnibus praesentibus obligatis perductis et producendis
emundare et eliberare mundaque et libera semper facere Ac etiam intromissionem
praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus obli
gatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requirentur non denegare
imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere Aliaque
modo quovis cuicunque personae facit et faciet. Item etiam a quibusvis Grochowsky

et admissu

et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum omnium praedictae obligatoriae quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedin nec alimen ipsarum obligatariam suam et illius posteros in praemissis omnibus ipsis obligatis et inmediatis nullo modo inuinari ita ut eadem bona praemissaque omnia praedicta obligata cum universis commoditatibus et usu fructibus eadem obligatrix sua cum posteris quiete et pacifice praesentis inscriptionis obligationis vigore tenere habere et possidere queat et possit Idque sub vadio similis summae suprascriptae mille quadringentorum florenorum polonicorum per eundem recognoscentem Generosum Grochowski sive successores eius suprascriptae Generosae Wlodkowa obligatariae suae aut illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus recognoscens Generosus Albertus Grochowski vel eius successores Ad instantiam praenominatae Generosae Helenae de Komarniki Wlodkowa obligatariae suae sive illius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Bramiskiense Extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante Semper in primo citationis termino tanquam peremptorie stare in iure parere respondere vadium praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios ratione infirmitatis pro maiori minorennitate successionis legationis intra vel extra Regnum Generalis militari ad munimenta ad exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra primos terminos officii praefati Castrensis Bramiskiensis delationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes protestationes cautiones prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris generali Terrestri bello Conventioneque et aliis quibusvis Iuris remediis et facti defensis non evadendo Hac sua inscriptione ad praemissa mediante.